


A

376



I

A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADEMIA KÖNYVTÁRA  
MIKROFILMTÁR



BIBLIOTHECA \* A MAGYAR TUDOMÁNYOS AKADEMIA KÖNYVTÁRA \*  
ACADEMIAE SCIENTIARUM HUNGARICAE \*

1959

BUDAPEST

FOTO  
Sz. T.

2Γ. MAGYAR IRODALOM 71  
1 LEVELEZÉS

2 | 0

13. SZ.

(MTA KÖNYVTÁRA. KÉZIRATTÁR)

SAGNOVICS JÁNOS  
LEVELEZÉSE

1 L.


1  
2

M. Irod.  
L'Avocat  
2 vols.  
13. Sc. m.

Sylvain Léotard, barbier.



10 éves oldal



8

3

# Reverende in Christo Pater!

M. ACADEMIA  
VIENNAE

Initium Correspondentia nostra facturus, ea  
tibi prescribenda putari, quæ Viennæ nunc agimus,  
quæque nobiscum aguntur.

12 Apr. 768.  
Vienna

Die 12<sup>a</sup> Viennam Sospes tenui a P. Hell hospitio  
exceptus protinus intellexi sequentem Diem designa-  
sum sibi esse, quo accipimus ad suam Majestatem  
Imperatricem haberet. Accipimus Aulam ambo.  
Ille multa, et varia locutus, tandemq; interrogatus,  
an solis peregrinationem iniret? depositus Socium  
itineris præ foribus stare, atque si sua Majestas  
Clementer indulgeret, Coram ad pedes provolvaturum.  
Tum illa. Ich will ihu ymfaw, un voll launin lang.  
Exente Hellio admensus sum. Illa vero de nomine,  
Patria, Cognatis, sentiusque meis Astronomicis tam  
Comites, tam amici, ac proprie familiariter scisci,  
tabatur, ut humanitatem optima Principis obstupes-  
cerem. Comendavit mihi hec inter, ut sibi suum P.  
Hell sanum, et in columnem levcherem; Legressa dein  
ad astronomicum Studium, arduum illud, et difficile  
esse dicebat, sed juvendum simul et elegans, Plane-  
tas, Stellarasque pulchiores longi esse, si inspiciantur  
quam humana Corpora in terra cunctantia vobis  
inquit, in nonnun Linba Lintz, cum mynß hin Pilz  
miff, fach? Lebde yntz Fatz? his et similibus, qua  
erant aperte deposui, ac demum manum osculo ve-  
neratus discepi, discendi iterum Hellum Comen-  
davit iisdem ut supra verbis: Brinzenm ßin min min  
P. Hell ypm̄dgnind, hys uncommodis n̄f ignuu.  
Inde pro prandio ad Collegium leversi una cum Hel-  
lio more nostro, quo hospites solent, excepti sumus.  
Post mensam Dñm Pilgramianam accepimus Ma-  
trimoni P. nostri Pilgram, quæ curam Suppellectilis  
nosco suscepit. Hic leperi industria 15<sup>o</sup> hurn a  
mit Tazl, imm̄ Em̄t ymtzal, posidem nocturna.

~~Tibialium~~ Ordinariorum, et Sericeorum 8. Paria,  
duodenam Sudariorum, integrum vestitum ger-  
manicum Coloris Olivacei unā cum P̄lmis, P. Hell,  
est Coloris grisei, ultra panni C. Constat; item ve-  
stitum integrum nigrum e panno 8. C. Epidas,  
Calceos, Orcas, galeros, curis hinc &c. Provisio  
nocturna Consistit in 2. pulvillis, tegumentis, lin-  
teaminibus e pelle Damalorum, Centonibus, f. g.  
Rouff &c.

14. April 768. Die 14<sup>a</sup> Aventiam habuimus apud Imperato-  
rem, qui nos pari animo, atque humanitate, qua  
heri Mater Imperatrix. De Latione, dignitate,  
functu itineris, et Observationis seruitanti copiose  
despondimus, magnisque nos Solatio affecta sincera  
illa Solitudo, quam de incolmitate, et valetudine  
nostra presentlit. Dicenti autem: omnia nunc  
Venus volta iñ mihi missa sunt pro hinlētū inquali,  
omnifidū Desolatum, reposuit P. Hell. Pro  
Majestet! des istūnū hinc līgū Venus. De tem-  
mō deinde multa ultrō Atrogue Sancta, Pa-  
trigue Hell inquisito quodam de hac materia ab  
Imperatore tradita, quam suis illustratam anno-  
tionibus prelo subiecerat, proxime in novellis  
comparebit. Denique postquam iteratis vicibus de-  
siderium suum de Casibus, lebusque nostris audi-  
endi, atque legendi exceptit, Conclusum, ut quam pos-  
sumus, freqenter ad Confessarium suum literas  
demus ab ipsa sua Majestate avide legendas &c.  
Inde ad Cechii Ducec Serenissimos itum, ubique  
gratanter excepti, ac fannis precationibus proprie-  
terati sumus! &c. Bantio hac die nos exceptit  
R. P. Rector Collégij Theresiani, cui suonomine  
Salutem, quam voluisti, c̄esposui. Nunc prae-  
dictis hujus urbis viris valdeciendo nos dies defici-  
unt, omnium vota in idem recidunt, ut sibi Deus  
eum vitam hospitem derueat, quem non sine  
dolore sibi nunc eripi cernunt. Comes Gondala  
ex ordine S. Benedicti Op̄p̄is Temensis Sacra  
Sedis per septentrionem Vicarius Apostolicus,  
Moguntiae P̄depositus &c nobis fileram tradidit  
propria manu exarata, in qua f. elegantissima

2

partim Dispensaciones, partim facultates contine-  
tur notis usui futura in itinere; haec inter est: ab  
solvendi ab omnibus Casibus deferentis, etiam Dulta  
Cana. Dispensandi, et Comstanti cosa, beneficen-  
ti apparaentia pro Sacro, Celebrandi post meri-  
tum, eadem de Celebrandi bis, Concedendi indulgen-  
tiam plenariam in Articulo mortis. &c.

P. Pilgram jam accepit Decretum Authensium,  
in quo voluntate sua Majestatis denominatur Sub-  
stitutus P. Hell cum ordinaria Solutione, et adjecta  
instructione a P. Hell Concepta, secundum quam se  
dirigere debeat, idem Ephemeride Continuare de-  
bet. Iher nostrum ingrediemur die 28<sup>o</sup> hujus, negre  
samen ita erit accelerandum, ut sub finem etay  
Haffnia sumus, cum Rex Danie voluntatem suam  
mutaverit, quam habebat visitandi Provincias suas  
Danicas, et Norvegicas. Antavit ingram, et aliorum  
Regna visitare intenit; nempe Germaniam, Italiam,  
Galliam &c. Vicitur es Romam ad Pontificem ita-  
rus, es Vienna expectatur.

Quod si possit abitum nostrum ad me literas dandi  
viam, et Lationem Scire vis, ea haec est. Postula  
in formato mediocre inscribatur nomen meum primo,  
re recepto, cum fiat Copertum ad P. Antonium Pilgram  
Viennam, qui literas ad me, et P. Hell datas ubi Coma-  
dum fuerit, ad legatum Danicum deferet inde Haff-  
niam subfime expediendas. Plura scribendi semper  
non habeo, nisi negre eos singulos nominandi, quos salu-  
tatos Cupio, cum Cupiam omnes! Specialiter samen  
R. P. Rectorem. Vale

P. Tunc  
Vienna die 18<sup>o</sup> Aprilis  
1768.

Ioannes Sajnovics

Rnde in Xto Paser!

Dic 28<sup>o</sup> Aprilis, quod nos Viennae discipulos nu-  
per significavimus, sunt additi duo, cum vale dicem-  
sum, es accipientium Copia ingens fuerit. At 28<sup>o</sup>  
iter reipsa ingressi sumus. Capillos uterque nostrum  
more Petrinorum Compositos, Crispatos, inspersos pulvere

28 April 1768  
det. dominum viennam

23

Cyprio, et piceolo Clericali tectos habebamus, Collare  
præterea Clericale, at vestis selenigra mihi olivaceilo,  
loris, P. Hell grisei fuit; ita ad R. P. Rectorem  
Collegij Viennensis valericturi accepimus, facile in-  
telligis neminem Scholasticorum, Patrum vero vix  
aliquem extitisse, qui Mascharam nostram intueri  
nollet; itaque, et ultra nostris Circumsepti, mira-  
bamus neminem unum fuisse, qui in hilarem risum  
ora solveret, omnes humanissima, et gra lieuit sincera  
gratulatione nos compellabant, laudabantq[ue] vesti-  
tum, et nobis accommodatissimum praedicabant, et prosectorio  
ego ipse obstupui, quam bene P. Hell convenerint. Sub  
horam ~~quam~~ ad portam Collegij cursum nostrum pendu-  
lum, undique Clasum, vitrisque ornatum præ juncto  
frincib[us] zing Conscendimus, Copia Viennensium hominum  
in foro Academicu inspectante. Discessit nobiscum fa-  
mulus jam ante Conductus, et gratiosus Caniculus P.  
Hell. Pater quoque Antonius Pilgram se se insperato  
currui injectit, Comitari se velle ad aliquod spatiū  
abeuntes dictans, Zelissa postea in Hochmann Do-  
minam ipsius Matrem cum tota familia deprehendit,  
dimis, qui nos lausō prandiō excepimus. Haec dies  
aliquantum pluvia, selenigra erant serenissimi, et nimirum  
etiam Calidit, heri certè hic loci tempestatem fulgu-  
rantem habuimus. Intra dies 5. per In aimum,  
Iglaviam, Colin, Planian, Pragam venimus,

Idu May R. P. Rector Collegij Academici ad suum  
Clementem P. Hell jam ante datis literis in domum  
suum invitaverat; itaque apud hunc Condescendimus.  
Urbs haec super viennensi, Collegium urbem inter-  
gram defert, obstupui Cubicularum, Ambituum, Re-  
fectorij vastitatem, istud sane templum est respectu  
Refectorijs Tyroviaensis sic hic P. Prileszky inspe-  
ratio conveni legionis Hochiana Capellanum Castren-  
sem, neque unquam a meo latere discidit, salutat  
singulos per amantes! Die 3. ea, quæ in Collegio,  
Turri mathematica, Musæo Physico visenda sunt,  
inspeximus. Hic præter Instrumentum paralle-  
tum, quale la Lambinus describit, et unum quadran-  
tem mobilem eleganter fabricatum nihil est, quod  
Tyrovia invideat. Comodiora sunt Tyrovia omnia.  
Et prandus curru Rectoris. E qui præ juncti nos

per arbis mania deduxerunt. Insperimus dein plerique  
Tempa, sed omnia elegantia reserimus. Die 4<sup>ta</sup> Mayam  
ad S. C. Vespomuceni Corpus uterque Celebravimus, cum  
Thesaurum Ecclesiae nobis exhibuerunt. Vicarius Archi-  
Eppsi, seu Suffraganeus vir præstantissimus peculiarem  
nobis humanitatem exhibuit. Dein Adficiun Aulae  
Cæsareæ, et Archi-Episcopale &c inspectimus, Templum  
Domini prope pretio, et elegantia nec Viennæ par sibi  
habet, si Stephancum excipias. Pandium in horto  
Collegij cum quibusdam Societatis Amicis sumptum  
5<sup>ta</sup> May 1708 est. Hodie post mensam Dresdnam movebimus.

moveant Proga Rumor ille de obsignato Archivio hujus Collegij, qui  
te olim Confirmante Credebatur, non planè falsus erat.  
Res sic se habet: Collegium quo se defendet, dum  
ad 7. Millions solvendos damnaretur, Scriptorum suo-  
rum authenticorum Copias viimatas ad iudices  
transmisit, illi addubitantes, an Authenticæ re ipsa  
in Archivio existerent, istud accesserunt, et Originalia  
non solum sibi exhiberi petierant, sed etiam secum ab-  
stulerunt cum fide reddituri; interim Decretum sue  
Majestatis emanavit, ut Scripta illa in publico Sta-  
tuum Archivio in posterum asserventur, et sic ipsa  
amisimus.

Non ita pridem peccati quidam homines per Bohemiam  
Societatem iniverunt, et fictitiis literis nomine  
Provincialis Procuratoris, variornmque Rectorum de-  
bita Contraxerunt, plus quam 15000 Contracturi lon-  
ge majora, nisi detecta fraude in Carreras Conjecti fuissent.  
Plura Scribendi Tempus non habeo, nisi ut valeatis  
universi, et nostri in Sacrificiis Vestrīs memineritis.

Praga 5<sup>ta</sup> May.  
1708.

Tunc

Ioannes Sajnovics

Ride in X<sup>to</sup> Pater!

Zuelbern 3. Literas, quas 4. May ad te dedi, acceperis. Nos inde  
die in sequenti morimus, atque per Zuelbern, Budin,  
Leitmeritz, Lobositz, Aussig, Petersvalda, limites Bo-  
hemie, et Saxonie attigimus. Tum per Pyram,

Dresda.

Dresdam ipsam pervenimus. Et jungs hic loco,  
rum nomina, ut et appam inspicientes itineris no-  
stri directionem clarus videatis; quanta ubique  
bellorum iudera, et oculis, et auribus accepimus;  
ad Comiserationem certe sunt homines isti, nondum  
e miseriis suis satis liberati. Ipsa Dresdensis  
Urbs, licet magnificis instructa Domibus, multas  
tamen adhuc sine tecto, multas penitus ruinatas  
habet. Urbem inter fulgura, et fulmina ingressi  
putabamus nos ignotos omnibus adventare, cum  
in limine porta Civitatis a Teloniatore sistimur,  
interrogamusque, an non hoc curru P. Maximilia-  
nus Hell est. P. Cæsareus Astronomus in Dani-  
am iturus proficiuntur? affirmantibus nobis Sche-  
dam exhibit, qua ad Domum Religiosam s. in des-  
ignata fratre sic nostrorum Operariorum Resi-  
dentia Compellatur, invitamus ab ipso Superiore.  
Domus ipsorum partem manionum efficit, fun-  
damenta sunt mania, Tectum ipsum tormenta  
sustentat hosti minitantia, Albus fluvius Domum  
alluit, et prospectum indulget amanum quidem,  
sed non Budensem; Patres hi H. septem se-  
cularibus utuntur vestibus foris, domi passim Re-  
ligiosis. Pensionem suam habent annuam ab Elec-  
tore. Domus Electoris est, et Patres e pensione sua  
Censum Electori pendunt, uti etiam ab horto Elec-  
torali, quo fruuntur. Et deo his in partibus pro-  
hibetur Religiosis quidquam ut proprium possi-  
dere. Sunt hic et alijs nostri P. P. Aulici, qui in  
Domo privata prope Residentiam Electoralem  
degunt, hi quosies Aulam accedunt, Religiosis  
vestibus utuntur, in urbe vero ipsa secularibus.  
Patres isti accessum nobis ostiterunt ad Serenissi-  
mam Electricem viduam, tum ad Electorem  
ipsum anno hoc Regimen aggressum, atque  
ad tres ejusdem fratres, geminasq. Sorores. Vidi-  
mus magno gaudijs Serenissimam familiam hanc  
rebus nostris sincerissime addictam, et in am-  
plissimas spes crescentem, et familia nostra  
Cæsarea perquam similem. Ubique Clementissime  
excepti apud Patres Aulicos prandio assidimus,

2  
quod Elector ipse submissis A. Cibis splendidius reddidit.  
Omnis ipsum, et omnis Instructio vere Regia, supra,  
tur tamen ab Ecclesia Catholica, quam nuper fatis functus  
Rex Poloniae, idemque Elector extrui fecit. Magnificen,  
tissima fabrica ad Templum Diana Cetus aliquantum  
accedit, Columnis, Statuque Sanctorum ab extra plus  
ducentis ornatur &c. non puto me magnificentius Templum  
posthac visurum, quemadmodum nec ante videram. Ex,  
hibuerunt nobis dein Collectionem rerum naturalium, La,  
pidum, Animalium, Conchilariorum &c Instrumentorum  
Physicorum, et Mathematicorum &c aderantque ubique  
Directores ipsi harum Collectionum, viri exercitatiissi,  
mi, et praestantes; qua, quantaquam rara videre fuerit,  
non hic referendi est locus. Truncum Arboris Comemora,  
bo in nigrum Achatem Conversum, et 150. Centenarios  
appendentem. Alterum prandium apud Excellentissi,  
mum Comitem de Ettingen legatum Cesareum sumpi,  
mus. Hie quoque fama percrebuerat P. Herenf et Parha,  
mer Canonicos Vacienses factos fuimus, quam nos penitus  
delevimus. Fuit adversariorum nostrorum in superna  
Dieta dicta apud Administratorem Electoratus Princi,  
pem Xaverium petitio, ut nostros ex aula abesse juberet,  
et ne putet in fraudem Religionis id peti. Benedictinos  
subrogari optabant, viros utique agne probos, ac doctos.  
At Princeps reposuit sua in voluntate esse, quos Con,  
fessarios vellet accipere, negre leges se a subditis acceptu,  
rum. Galleria imagines pretiosissimas referens ad stuporem  
structa est, superat Viennenses omnes, et multorum milli,  
onum pratum tenet. Post tridui moram, curatis Bar,  
ocis, et Capitibus nostris impositis Discepimus Lippiam.  
Negre sententis nobis male quadratus isthac Capillicia, ju,  
dicio omnium probantur, et nunc Lipsiae inter Professores  
universitatis incertimus, quasi ipsorum e gremio; Saluta,  
tiones nobis non dandas accipimus. Reliqua que isthic  
agimus alias prescribam; interim tu omnibus quam  
optimè vale, et nostri memento

Lipsia.  
15 May 1768.

Lipsia die 15<sup>o</sup> May Tunc  
1768.

Ioannes Sajovici

2  
2  
Saluta P. Veis. eique narra, quod dum hæc scribo, P.  
Hellum magnetibus suis artificialibus, quorum tho-  
duodenas nobiscum accepimus, miracula producat;  
vix aliquid de hoc Magnetis genere Lipsienses norunt.  
Barometrorum quoque Fabulos ex eadem massa con-  
flatos, quos nobiscum itidem detulimus, distribuit  
tam Prague, quam Dresdena, et hic, vult enim in diver-  
sis his locis observationem altitudinum fieri per  
biennium, unde Physicam quamquam questionem  
eamque Celeberrimam resoluturus est.

Ride in X<sup>to</sup> Pater!

4.  
Ccripsoram nuper Lipsia nos inter Universitatis  
Professores versari, quasi eorum essemus de gremio.  
Nomina enim nostra in ingressu Urbis pro more civi-  
tatum harum profiteri debebamus, quæ per noctem  
Typis data, et manè inter homines sparsa fuerunt, ut  
eruditis omnibus inotesceret adventus Hellij pridem  
de fama noti. Itaque Professores rapido Domum ac-  
cesserant, in qua Condescendimus, salutandi gratiâ,  
quos inter Rector ipse Universitatis Magnificus. Cis  
dein vicem reddidimus, Singulare ubique honore, et  
benevolentia excepti. Hanfius præsertim Matheseos  
Professor, quinque annos q. Petropoli Astronomus exer-  
git, solatium habuit. Tum Professor Physica D.  
Vincler Theoria Electricorum Phænomenorum pro-  
motor eximius. Item D. Bell Posoniensis, et Bellij  
illius, qui Topographiam Ungarice olim ediderat, filii  
eius curru, et equis ipso comitante toto die circumvecti  
sumus. Exhibita nobis Biblioteca Civitatis publica,  
cum Cymelio auro divite ab ipso Indice Civitatis, tum  
Bibliotheca Universitatis ab ipso Rectori magnifice  
reliqua ab aliis Professoribus, sicut re ipsa omnes isti  
ubique nobiscum adfuerint, et quod plus, ingenti  
discipulorum suorum Corona Septi, nempe n<sup>o</sup> Contenti  
hora una, die tota Hellum videre, et allegri cypie-  
bant. Bellius iste opus ultimum P. Caprinai ve-

vehementer laudat ab Eloquentia praeceps, et ordine rerum  
 et pulchris, ut aiebat animadversionibus. Pray opera / quo d  
 sane miraberis / ignora sunt his in terris una cum Authoris  
 nomine. Bibliotheca Civitatis cum Tyrnavensi ne a longe  
 Comparari posse, Universitatis vero miserrima est, utpote  
 in antiquis veterum Dominicanorum Cubiculis, et ambiti-  
 bus sita. Collectiones picturarum, et rerum naturalium  
 apud privatos, sed opulentissimos Mercatores vidimus su-  
 perbas. Arcem hic habet Elector Saxonia, in qua tres  
 nostri, ejus Capellani habitant, apud quos quadriduo di-  
 versati sumus. Die ora May inde Discipum, et per Hallam  
 ubi mihi tuus Ill. D. Afnis Ottos incidit. / Alsleben,  
 Halberstadt, Braunschweig. Cella Lüneburgensis Deser-  
 tum, Parendorf, Harburg C. iterum itinere devenimus,  
 Urbecula hac solo Albi fluvio Hamburgi dividitur.  
 Impedimenta navi imposita, nosque cum illis media tercia  
 hora vela fecimus, portum Hamburgensem tandem in-  
 gressi in Vigilia Pentecostes. Urbs haec valde ampla,  
 praeclare munita, ambulacris insigniter instructa ad deam-  
 bulantium Comoditatem. Omni enim eae parte multipli-  
 cata Et allee visuntur. Domus Caterum ab Architectura  
 minime landanda. Vix ullam portam habet, qua curvus  
 intrare possit. Homines inferioris sortis in Cellarum ha-  
 bitant, et constant Candela lumine utuntur, hocque in  
 omni domo. Canales urbem intersecantes madorem, et  
 factorem naufragabilem creant, magnificentia nulla. Cru-  
 ritio hinc exultat. Lucifer Sudium ad sumum provehitur.  
 Mercatores sunt primores urbis. Fæx hominum, et omni-  
 um nationum hic visitur. Religio omnis, et scelerata etiam  
 omnia impune, cibus passim vilius; bubula vix videtur ob-  
 ingens ejus pretium, cum pleniusque a navigantibus aufer-  
 ratur. Tentaculum ipsorum est Snuff. Snuff, pipa Tabaco  
 et hanstus Cererifia, hoc idem est prandium, collatio,  
 Cœna. Dixi passim, nam si tractationem instaurant, pre-  
 tiosissima quoque adsunt, et quod jejuniū Mensium Colle-  
 gerunt, unā mensa pessimum dant. Homines copiosi qui,  
 dem, sed infidi, tristes, nulliusque humanitatis, et quasi  
 aliquo Conscientia stimulō semper anxi. Verbo Hamburg  
 quis finis meus? Comes Raab legatus Caesaris adhuc  
 lecto affixus habet, et vulnera dextri pedis din decumbens.  
 Accipimus eum bis, et virum præciosissimum Societati  
 atque Religioni addicissimum experti sumus. Aderat

Hall  
 Alsleben  
 Halberstadt  
 Braunschweig.  
 Celle  
 Lüneburg  
 verest. Parendorf  
 Harburg.

2

et Comitissa filia Zichio nupta, sed Zichius ad Hollandias projectus aberat. Post festa maximus Libecam viet itinere. Hic audivimus Regem nostrum proxime venturum in Drauen. Hell non procul a Segberg, hinc vero 4 milliaribus distatum. Itaque electis impiementis, die 20. eò procurimus. Et vero Rex ipse illo plane die ad arcem suam Regiam cum magno suorum Comitatu advenit, quo plausu etulicorum, quo honore, quibus benevolentia significationibus exceptissimus non possum exprimere, sufficiat dixisse maximis. Ad Excentrum Cōm. Bernstorff primarium Cula ministrum illicò adducti virum desperimus amplissimis suis laudibus, quas per has omnes Regiones habet, longe ampliorem; seu prudentiam, seu eruditioem, seu affabilitatem &c. spectes, omnia sunt summa. Gratias referenti Hellio, quod hac evocatione ipsum Cula Danica honorare dignata fuerit, deposuit amoenissimus vir, res gebn Pin illis iis, pondum ignis wnl bakn, sūn Meriten jū jū funibm. Promittenti Hellio, quod quidquid posset ingenio, in excellendam Regiam voluntatem collaturus sit, deposuit iterum. Non dīgnus pugnat vir ubonwijn, vir wimpn nūn ignis ufw Snwz, jūn jū Bonum, vir nūf jūn wypn Meriten hundīn. His similibusque multis expressionibus utebatur, et in pma et 2da, quam apud ipsum habebamus, audiencia; quod quod sedes ipse pugnerit, et loco postremo assidens tē hora spatio stravissimè discuterit, quasi nihil aliud agendum haberet, cum tamen sciremus obīminentem Regis longinquam protectionem omnium occupatissimum esse. Ia. illius verba sunt. Paraguai ipsi hui usq; unluntur mablopnt, atque iterum, nūt nū Eny, d. J. A. Hryd. l. iun'if jūn' puzm dīgn. I. d. i. n. m. jū Copenhagen pugn, d. Pin d. pugn' vndy. Nunc paucā de Rege ipso. Prima die sumpta ad Regiam mensam cū pri, mariis Officialibus, et Consiliariis prandios. quod et religiosis diebus factum. ego et Hellius hortum ingressi, in Ripsa fluvij hortum perluentis incessimus, cum repente navim insequentem Cērnimus, quam unus et solus nullo Comite regebat Herulus, salutavimus obites prætervectos, et Officialculum turmā prætorianā autum abamus; pao, lo post ille cum navi severtitur, et elata voce adversus nos. Ut in pugnat Pin? ingrit, tacentibus nobis et an ipse Rex fortasse esset ambiguus, iterum clamat.

23

Vix pugnū Pī? simulque assurgit in navi, enim vero Ordi-  
nem, et Stellam Regiam in veste Conspeximus, Regemq[ue]  
agnovimus, unde Stellius; Iſi bin dñm Pīx. Astronomus  
Vixim Ageo Majestät, iūnū conuq[ue]n mis vlluminisq[ue] finis  
jū ſuprīm. Rex autem promptissime: Tū Pī Hell inquit,  
simulque depositō petasō complementa, ut dicimus, faciens.  
Altero die post <sup>hāc</sup> Vespertinam ad Regem admissi, vi,  
dimus Inuenem sicut pulcherrimi vultus, ita morum, et  
genij amantissimi, et qui ab intuentibus non diligi non  
posse. Stabat præcinctus gladio, petasum sub brachio  
tenens, et Salutationem nostram hilariter excepit. Tum  
de utilitate observationis hujus, de Oportunitate Statio-  
nis Vardhusiana, de Conatibus aliorum Regum multa  
mathematica locutus aliquoties repetuit: iſi hīz min nō  
hīz nīz għu, de hīz nīz polifm Wied u b'volum hīz.  
De me interroganti, an etiam sim mathematicus? Resposuit  
Hell, ideo me fuisse acceptum pro Socio, ut si sibi aliquid  
humanitatis accideret, quo ab observatione impeditur, ej-  
set tamen aliquis, qui designationibus Regis satisfaceret.  
Landavit Rex Consilium, et Serenum die illa Cælum ex  
animo precabatur. Cui Stellius: Sua Majestas: etiam  
Cælum non favaret, habeo projectum aliud in illo loco  
finiendum, quod Majestati Sua maiorem famam, et  
gloriam, publico majorem utilitatem pariet, quam ipso  
transitus Veneris Observatio, quod Responsum quantum  
Regi placuerit, facile indicabitis. Mandavit Rex, ut nos  
Crastina die iterum sisteremus daturum se litteras Com-  
mendatias ad D. Com. Molli Hafniam deferendas, ut co-  
melins Dispositiones ad amissione fierent. Et vero altero  
die sua manu Scriptas, obsignatasque tradidit ipse no-  
bis; ultima verba erant: iſi wiċċa ifnu nīn v'nekk  
Aryf. Nos subecam serivimus posceras per matre Hafni-  
am ituri. Rex heri cum Comitatu 100. hominum iter  
sum in dies Germow mīgħi ingressus est, sub nomine  
C. de Traventhal, credo etiam Viennam venturum.

Tunc

Sibk 5 -  
Junij 1768

Liberla die 5<sup>ta</sup> Junij  
1768.

Ioannes Sajnorius.

Pride in X<sup>o</sup> Pater!

Tempus longior em esse non sinit: breviter hæc habe.  
I<sup>e</sup> Junij discedunt Libecā. Vitam que mari  
Balthico comisimus. Prima Dies, et nox satis prospere  
abiverunt. At die 10<sup>a</sup> sub horam 4<sup>ta</sup> vespertinam  
Cœlum atra Caligine involvit, albescit mare, evunt  
ex omni parte venti, accrescunt fluctus, et navim  
nostram n̄ adeo magnam susg<sup>t</sup>, deniq<sup>j</sup> factant miser-  
rimè. Nemo unus, si me excipias, fuit, cui non Cir-  
cumactum Caput Stomachum moveret, et ad redden-  
dum Neptuno Censum Cogeret. Patrem Hell pra-  
ceteris atrocius malum isthac vexavit, in medianam  
usque noctem tempestas duravit: jamque Anchoram  
nauta naufragij metu demittere cogitabat, dum  
Coelum retegitur, undæque subsidunt, et nos die  
ii Junij Hoffm<sup>i</sup> altero feliciter in Haffniensem portum invehunt.  
advenimus. Primam Stationem in Diversione Cessimus. Mox a  
legationis nostra Secretario D<sup>r</sup> Menei ad Palatum  
Legati nunc ob ejus absentiam vacuum invitati  
illuc transivimus. Die altero ubi Ministris ad-  
ventus noster innotuit, hinc etiam migrare coacti  
sumus in domum pridem paratam nobis Domini  
Holebou Astronomi Regij, et Universitatis Recto-  
ris. Quinque ille Cubicula nostris usibus aptaverat.  
Et vero comodissime isthie degimus, victumq<sup>t</sup> habemus  
præclarum, hospitibus nostris non honorati modo,  
sed et Chari. Apud Excell. Com. Molke: ad quem a  
Rege scriptas manu propria literas nuper signi-  
ficavi: tantum valuit Comendatio, ut Dominum suam  
semper nobis patere profiteretur, mandaretq<sup>t</sup>, ut  
alternis diebus apud ipsum prandieremus. Secun-  
dum certè prandium Regium erat, nempe in Sala  
sua primaria superbe instructa, nec alio p<sup>r</sup>sente  
quam qui Excessimi essent, puta Ministris prima-  
riis, atq<sup>t</sup> Legatis, quos nempe alias Rex dum publico  
c<sup>r</sup> prandet, solet invitare. Alios admixtos in Gra-  
tiam Hellij eruditos ad mensam habet. Comes quoq<sup>t</sup>  
Thott amplissimos Hellio honores habet. Super fami-  
liari prandio, ut plura loqui posset, noscepit,

2

3

nemine præter domesticos, et Astronomum Regium  
presente. Quæ Universitatem totam nobiscum tractabit.  
Incredibile est, ad quæ partes distractamur. Conditorum  
quæ honorem habere vult, ut nos mensæ suæ adhibere  
possit. At si domi sumus, visitantium ingens est ac,  
cursus. Virum hic ex operibus, famam notum oculis in,  
tueri, et alloqui ardenti singuli. Monstra nos hic Hafnia  
esse, rectè dixeris. Gaudent hæc inter patres nostros duo  
Missionarij cum reliqua Catholicorum turma, et profecti  
onem nostram sibi quoq; aliqua ex parte proficiam fur  
turam non vanè ominantur. Est hic Crutius inter ami  
cissimus nobis Nyburg nomine, qui Septem annos in Asia  
peregrinatus, amissis sex suis Sociis Solus rediit, res suas  
nunc pro prælo parat. Est hic et celebris ille Klopstock,  
in vicinia Urbis apud Comitem Bernstorff juniores Com  
morans, procurrimus et illuc ruper, prandioq; esuriabilitate  
et honorifice excepti, heri rursus invitati sumus, per  
temporis angustias vix ire licebit. Tunc est specta  
re, dum apud Excelltos ipsos in gratiam nostri tota  
mensa Esuriilibus Cibis oneratur, illis ipsis vix aliquid  
de Carne degustantibus. Dimisso ob circumstantias rer  
um per Sveciam eundi Consilio, hinc sub initium Iulij  
movebimus in Christianiam, inde Dorntheimum itine  
re terrestri. Inde conducta nave propria Vardhusium  
tendemus sic, ut prope Continentem semper navigantes,  
et a Sinistris Constantes habeamus insulas. Unde pro libi  
tu excendere, et noctes, si placet, in terra firma agere  
possimus. Hinc usq; Dorntheimum adjunguntur nobis  
2. famuli lingua germanica, et Danicæ gnari, quorum  
unus Semper nobis ad latus, alter uno, vel dimidio dies nos  
decet, ut in Stationibus euos constituat. In diversoriis  
prandia, Cenamq; ut sic Celerius proficiamur. Dorntheimq;  
præter alios nautas adjungetur Sturiosus, qui jam alias  
cum Episcopo Diocesino tam visitante Vardhusij fuit,  
et speramus nos ita circa finem Angusti in statione  
futuros. Ex his autem satis apparet sumptum non haberi  
rationem, errare geos, qui tantum ideo Hellinum præ Gallo  
gnosiam, aut Cnglo frisse evocatum, ut sumptibus parce  
retur. Et sane videlicet credibile, quanta hic expensa in

Bonum Scientiarum fiant! Unica Proocationis Helliae,  
na ratio est, ingens ipsius existimatio; multorum enim  
in manibus ejus Opera versantur, et in Bibliotheca ho-  
norato loco Consistunt &c. Ne quod concernit nihil ha-  
beo scribere, quam quod Dei Beneficio valeam quam  
op simē, et quod dem Operam, ut profectione hæc mea  
aliquam Patria nostra utilitatem, Societati vero  
honorem aligrando ferat. Vale cum omnibus nostris.

Tunc  
Hafnia die 2<sup>a</sup> Junij Joannes Sajnovics  
1768.

6. Scripsoram Mense Junio nomine Helliano Pater-  
nitati vestra Hafniā, et rationem profectionis nostra  
P̄teritæ, ac futura enucleatus retuli, ut sic Viennen-  
siam Satisfacrem desiderio, qui pro sua in nos bene-  
volentia de rebus nostris informari petierunt, scribonam  
in testimonium sane luculentum, quod gratissimam  
ipsorum memoriam in his quoq Regionibus circumfera-  
mus amplissimis licet terrarum, mariumq Spatiis dis-  
juncti.

2. July 1768  
Hafnia dissidit ad montana suscepimus, exivimus circa 5<sup>o</sup>. Vespertinam  
Hafniā curru pendulo Comodissimo Regius sumpibus in  
ufles nostros 170. Compagno, alter oneratus currus, qui  
C. Stetit imperialibus Instrumenta Astronomica dñe,  
hebat, qrorum Clenckum non addo, tertius currus erat  
Dñi Horrebou Astronomi Hafniensis, qui nos una cum  
Consorte sua usq in Helsingør Comitari signabatur,  
singulis Curnibus 4. equi postarij præiuncti in ultimam  
Zealandia urbem Helsingør nos feliciter eo vespere  
deportarunt, altera die inspecto munitione fortalitio  
Cronebourg Horrebouj agnatus lauto nos prandio esce-  
pit, tum inspecto horto Regio nobili Cana Dñs Hafn  
Institutio Consiliarius nos tractavit, interim consul Urbis  
Dispositiones fecit, incras, ut Tractum suū trajicere  
possemus. Die 4<sup>a</sup> July dissoluti currus, rotas ab axibus  
separata geminis navibus imposita una nobiscum in  
adversum littus deportata sunt. Sic vero utpote in  
limitibus Schania ad succiam spectantis, omnia

2

3

nostra visitari debuissent cum incredibili incomodo nostro,  
et dispenso totius diei, nisi Consul Helsingorensis apud  
Telony Helsingorensis Officiale efficeret, ut currus onera-  
rij non visitatis oneribus spagetha circumvolverentur, et  
sigillo Regio obsignarentur, quo facto exiguam moram tra-  
here opus erat, et junctis Octo Equis iter ultra facere licuit.  
Ceterum peregrinandi ratio hac in Regione sic est, post si-  
gula millaria saepe etiam postea 2. occurunt, dicta Statio-  
nes, in qualibet harum vir est, qui debet itinerantibus pro-  
videre de Equis. Pijus P. D. vocant. Peregrinantes Equi-  
tem unummittit solent diei intervallo, qui equorum Con-  
ductorem admoneat, equos ut in diem Crastinum certo numero  
et hora paratos habeat, quo facto, Conductos a Vicinis Ru-  
sticis equos Colligit, paratosq; tenet, dum peregrini iis  
utentes ad sint, quod ni fiat, multis horis expectare debent  
peregrini, donec Equi Colligantur, Postrem si pluribus opus  
sit, nos pro curru nostro egebamus & pro onerario P. ant. 8.  
pro famulo uno Sonjede, et uno pro Interpretate Danica  
lingua gnaro, qui nobis Hafnia adjunctus erat. Sed germana-  
ica uti experti sumus, plenquam oportuisset, quod si itine-  
rantes aliquot horis tardius veniant, quaeunque demum de  
Cassa, et sic Equi longius expectare cogantur, Regio manda-  
to penam subire debent, singulis pro Equis imperiale, quod  
nobis quod experiri licuit difficultate viarum remorante, quo  
minus statuto tempore adesse potuerimus, nec mirum, cum  
in loco quopiam Equis egeremus ad currum onerarium  
promovendum, sed via difficiles rarius per Schaniam oc-  
currunt, plerumq; sunt insigniter reparatae, Austriae  
parcs, satis opinor ad landem, praterea itinera hic par-  
vis sumptibus fiunt, pro uno millari, et Equo solvantur.  
8. Diuina, quorum 48. faciunt imperiale suicum, &  
vero imperialis Suecicus equalis 10. grossis nostris, seu 3  
Suecici faciunt nostrum unum. Hac itinerandi methodo  
per Engelholm, Loholm, Halmstadt, Varberg, Gottenburg  
Dahus, Linstrum, et Helle, 7. diecum Spatio limites  
Scania emensi in Norvegiam transgrepi sumus prope  
Fridrichhall, feliciter hactenus omnia, ut et illud, quod  
prope Dahus una cum Equis et curru submersi in sumus,  
fluvius altus, satissim latius erat transmittendus rati male  
materiata, et oneri nostro sustinendo impare, medium  
tenebamus fluvium, et ecce subingrediens omni ex parte

2  
qua rati mergere cepit, iam pedem unum, et ultra infra  
aque eramus demersi, cum fortunata littus attigimus, in  
quod postquam eluctatus est currus, ratis onere levata  
emersit sane, si vel 20 passibus adhuc littus decesset, pere  
undum erat omnibus, ut ante paucos menses hoc in loco et  
rati, ruricole accidit una cum sociis atq; precoribus, qui  
omnes funditus perireunt; quam laudabiles autem sunt  
vici in Scania, tam infames sunt in finibus Norvegiae, ac  
per totam dein Norvegiam Norvegiam, montes, quos puta  
res inaccessible, erant superandi aliquot, lapidibus, saxisq;  
ita impediti, ut vix equi firmum gressum figere possint,  
descensus dein profundissimas valles, et quarum aspectus  
horrorem movet, erat longe molestior, ac periculosior, gemi  
na pellecum rotæ in curribus liganda, et insuper currus ab  
7 hominibus retinendi, ne impetu suo una cum equis in pre  
ceps ruant. Talis descensus inter ceteros est ad Cristiani  
am, ad quam 13. July 12. noctis venimus, horam insimposi  
mus integrum, donec ex vertice altissimi montis ligatos  
currus ad Radicem demitteremus, et tamen incola harum  
terrarum subridere solent, dum peregrinum de viarum  
asperitate querulante audiunt; haec via inquit sunt  
bonæ, sed ubi ultra venerint, tum primo invenient malas,  
disponen in flumina Trost sive imb; experientia inte  
rim docuit eos vera dixisse. Quatriduo Christiania mon  
ti, a primariis urbis hujus viris splendidissimis prandis  
in absentia totius Nobilitatis honorati sumus, interea  
dispositiones factæ pro nova itinerandi ratione, quo haec  
fuit, currum pendulum, et onerarium nostrum id hic con  
servandum mercatori cuiquam tradidimus, cum omnes  
dicerent impossibile esse, ut us Nidrosiam seu Trond  
heimium devetahamur, eorum in locum Schese volantes  
Cariol dicunt ex uno axe, et duabus lotis constantes,  
cum comodo sedili unius secessis capaci, et duabus per  
ticiis, in quarum medio equus jungitur, qui Cariol simul  
portat, trahatq; P. Hell Cariol rubro colore tintum, et  
auro ornatum 60. Imperialibus, meum coloris viridis  
50. petit Imperialibus, Bagagia in 5. currus, quem vocant  
distributa fuit, puncti singulis equi duo.

Ita 18<sup>a</sup> Julij Christiania excessimus, sed cum mihi  
Linz, Speciem triumphantis Astronomi referebat,  
tantis equorum, Carrorum apparatus; initio statim  
itineris terribilis mons superandus, quo superato appa

apparabant alii multo maiores im posterum superandi, plerique  
horum montium sunt viva Saxa informam fornacis a na-  
tura compacta, et subtus Cava, unde rotarum ambulantium  
strepitus tonantis Cœli murmur ad vivum de presentat; maxi-  
ma viarum pars infinitis lapidibus temere projectis completa  
est, saepe prominentibus Saxis, aut ad latus prostantibus ita  
imperfecta, ut nisi Auriga intentos semper habeat oculos, omni  
fere momento vectorem evertat; Aurigabamus nos ipsi, et tam  
insigniter, ut Hellum nunquam, ego semel duntaxat me ipsum  
everterem; Scriberem de aliis viarum his in terris frequentium  
genere, sed supersedeo, cum sciam veram non posse illarum idem  
am efformari, nisi videatur; inter verticem, et Radicem mon-  
tis media latus montis quasi cingunt una parte altissimis  
Saxis, et rupibus perpendiculariter erectis, et evinam Constantia  
minantibus septa, altera subjectis precipitus rapaci torrente,  
aut sinu maris, aut ingenti lacu terminatis horrida, ubi si  
vel passum sinistrorum deflexeris, inevitabilis evina, et interi-  
tus consequatur, et tamen prominentia interdum Saxa cogunt de-  
flectere, O! si nos in ancipiti pendentes viennensium aliquis vidis-  
set, ac ille de salute nostra penitus desperasset; accedit et illud,  
sæpe, ut vastissimi torrentes montem interfluant, et, ut ita dicam,  
in duos dividant, hic vero pontibus 2. montis latera connectantur,  
sed qualibus: lignis scilicet, et nullo subtus fulero, quod perpen-  
diculariter erectum esset, munito, unde ad fumum equi vestigium  
totus oscillat possum, metum peregrino inventit, ne una cum  
ponte in subjectos capacissimos fluctus delabatur; tanta via-  
rum cum esset difficultas, quid mirum, quod Carrorum nostor-  
um axes, rotæ saepe frangebantur, et in frusta abibant, quarum  
dein in stationibus reparatio, et multum oris, et temporis ra-  
piebat, unde non ante 30. Julij Nidrosiam seu Trondheimum  
tenere poteramus. Toto hoc itinere nullus pagus, quales apud  
nos sunt: visus est, nuricola cum familia sua ad  $\frac{1}{4}$  vel  $\frac{1}{2}$  mil-  
liare sejuncti habitabant, domus omnes è ligno structæ, corti,  
è Arborum, et Cespite tegebantur, unde verno hoc tempore om-  
nia tecta virent, singuli nuricola præter dominum suam prima-  
riam complices minores circa se se habent, totidem nempe  
gerum suarum Conservatoria, in quibusdam locis ultra 20.  
domunculas ad eundem pertinentes numeravi, præter lac-  
et Cascum plerique pisces recentes peregrinis apponunt, car-  
nes frustra expectaveris, panis præterea per hanc Regionem  
est Avena pascitur in modum placentarum, quo ne vivere  
coheremur, Christiania de pane nostro prouidimus. Ratio  
peregrinandi, quod eos attinet, est succiæ similis, nisi  
quod omnia duplicitate ære solvantur; Nos pannalibus

Regis instructi a solutione immunes eramus, licet plerumq;  
18. ebris egeremus, quod Cassa Regia Caco veniet. Sed et illa  
referenda sunt, quae nobis grata hoc itinere accidere, quorum  
fum est, quod quasi constans ver experti simus, referat flo-  
ribus prata, virentes Sylvæ, et lati frugibus agri intuentum  
oculos recreabant, quadam persertim valles cultiores amanis,  
sima erant, in quibus Triticum, Hordeum, et Avenam tanta  
altitudine, et densitate conspeximus, ut Agris Hungariae nil  
cederent. Rivi quoq; ex altissimis montibus delabentes, et al-  
titudinem 60. vel 80. pedum perpendiculariter ruentes, in asse-  
tis oculis jucundum erant spectaculum. Die 24<sup>a</sup> July tum  
per montes Tosse dictos iremus, nives prope viam conspexi-  
mus, eas ingressi tractavimus manibus non sine volupstate hoc  
tempore, cum Colum interim nubibus tempestivis obductum  
tonaret, fulguraret majorem in modum; loca, per quæ ite-  
nerati sumus, non nomino, cum Charta geographica harum  
terrarum, quibus Viennenses passim utuntur, omnia sive deq;  
repræsentant, unica hic bona extat authore Vangerstein,  
sed hæc Viennæ ignorabitur, veritas rei velinde patet,  
quod Romaniana Chartæ Trondheimium sub 65. gradu, et  
aliquot minutis exhibeant, cum tamen sub 63. et 26<sup>o</sup> minu-  
incipit, et per saxa, montes, valles eodem impetu festinat; navicula pro ratione via jam in hanc, jam in illam partem inclinante. Si nives recentes, et altae sint, res pergit Comodissime, et ubi lapides prominentes, aut trunci arborum obstant, Cantela magna opus est, ut aequilibrium servetur, hoc semel amissis in latus navicula evertitur, et male in nivibus voluntatur peregrinus, qui communiter funiculis ita navicula alligatus, ut se in canis jacere credat. Ego et R. P. Hell nuper via inqua usi gratiosissime eversi sumus. Ibamus nempe per Semiram, ubi nives jam Compressae et dura atq; lubrica naviculam non deceperunt; itaq; navicula jam deversum, jam sinistrorsum necessario lubricabat, amissis repente aequilibrio me in nivibus desechendo. Cessuo cum navicula angustiente post Duxem itineris laponem, qui eodem modo vehebatur, bene quod navicula non fuerim alligatus. Paulò post R. P. Hell idem evenit. Ceterum ut Ipsi, via apta, et apertis nivibus Comodissima est peregrinatio. Propter hanc generationem nullam aliam habere licuit, vento et nivibus omnem exitum et deambulationem impeditum. Sedemus itaq; domi, et lectio librorum, indagatione algarum marinorum, Concharum tempus ita impendiimus, ne insignem e' solitudine nostra fructum, et eum quidem multispicem publicum sperare possemus. Hos inter erit determinata quantitas decrescentia maris, quando oculis cernimus annis singulis terrarum Orbem accrescere, item lumen marinum, quo totum pelagus ignis instar corruscat noctu, qua de Canis proveniat? evidentissime demonstratum habemus. Quod si Deus tertiam Junij Dom faventem nobis ostiterit, pleni gaudio, misericordiarum omnium oblieti in patriam revertemur letantes et Dei magnalia predicantes, qui plurimi suis, quos nobis Confert, gratias, preciosum quoq; valetudinis Constantis donum adjungit. Sub misero hoc Climate et tempestate verè pessima valentes adhuc sumus; mirantur hoc ipsi incole, qui licet Aura aperte, agresti tamen hyemem senserunt, et morbo Scorbutico copiose implicabantur, quatuor eorum fati functi sunt, plerosque alios R. P. Hell porrectis ex apothecula sua medicinis restituit; quando Chyrusque hujus vir quidem peritius, sed medicamentis omnibus destitutus infirmos juvare non potest. Nasturtium, ex herba Cochlearia unicum sunt infirmorum hominum remedium, sed nasturtium non habent, et Cochleariam in hac tempestate sub nivibus inquirere negreunt. Sed et animabitis qua licet mederi, satagit idem R. P. Hell, acerbis enim ante, hac odiis primoribus loci hujus inter se scindebantur, a murmuribus et incraspationibus interdum etiam ad verbora

2

deventum, sed ita mutati, ut qui se ante intueri secusabant, jam  
se invitant mutuo, eidem mensa accumbant, et se se perhumani-  
ter habeant, quod omnes incola nobis deferunt in acceptis. Boni  
hi viri ante adventum nostrum nos sui similes putabant, lusu  
foliorum, et saltationibus noctes exacturos, itaq; initio statim  
dies in singulas hebdomadas edictus, qva apud Comendancem  
Baal Celebraretur, piaculum erat alicui e nobilibus viris, fami-  
nisq; hijatibus emanere, nihil dubitantes nos quoq; eorum vitam  
victuros, ubi primis diebus eis necessarias composuerimus. Sed  
enim e sermonibus nostris, et Conversatione, abg moribus brevi  
adverserunt, qve sit Romani Sacerdotij dignitas. Solitudinem  
nostram, moderationem, Sobrietatem, et p̄sestim ipsorum etiā  
oculorum a sequiori Sepu abstinentiam magnopere, et nunq; q  
satis mirabantur. Erubuerūt sua Baal, qde nos absentia nostra  
damnabamus, eaq; missa fecerunt. Magna observantia, et hono-  
ris Significatione nobiscum versantur, dum apud iissos paran-  
demus aut Officij Causā eos in visimus, Upores, filiasq; suas ne  
in Conspectum quicquid admittunt ea polissimum Credo ex eau-  
one, quod nos dum iissos aliquoties jam prandio laetiori ex-  
cipiemus, Sepum sequiorem penitus exclusimus. Filiae  
nobiliorum sine ulla mariti agriendi spē hic misere vivunt,  
dum uti in plerisq; Norvegiae locis; nempe boni viri, dum Con-  
tra nostra monialium monasteria debachantur, ippi in do-  
mibus suis moniales enutrire coguntur. Evangelum et ista de  
studia et labores nostri polissimum ad naturalem serum  
historiam pertinent, quando Coelum Constance nubilum,  
ventosum, nivosum, vir Astronomiam nos exercere pati-  
tur. In algi marinis, et herbis ad littus maris ejctis, aut  
Crescentibus pulcherrimas jam eis detectimus, putare se cor-  
allia, aliasq; herbas nihil esse, nisi mesa animalia; qui ea  
videt, que nos, dubitare n̄ potest. De Stellis marinis, de  
Conchis, Cancris &c. multa essent referenda, qde leipsa etiā  
incola terrarum hasum hactenus ignoraverunt; praeter  
alia, duas alias sumi momenti eis deprehendimus, grama  
utilitate, et consequentiis deducendis Considerata R. P.  
Hell existimat jam nunc omnes itineris expensas a Rege  
factas abunde esse compensatas, nec ab expeditione nostra  
majorem fenciam sperari posuisse, abg isti insperati sunt  
eorum unum est, quod Decrecentiam maris Observatam  
Calculatamq; habeamus. Augentur nempe et magnis in-  
crementis terra in globo nostro terraqueo deficiens agit-  
hinc questiones evascentur pulcherrima per se se, et uti-  
les non minis. qvo haec tanta aqua deveniat, an viscera

2  
terra petat: et quas ibidem mutationes in cavernis, terre-  
moribus, ignibus subterraneis faciat: an in atmosphera pen-  
deat aere, eamq; quotidie augeat: quid gravitate sua in tem-  
pescates, morbos humana corpora possit: an dum Regnum  
maritimorum terra crescent, crescat quoq; aconomia: et  
quia evidentes demonstratur aconomiam decrescere, Regnus  
integris interitum iminere, habent politia quod consulant,  
quibus meritis interitum avertere possint. Plura similia  
Regum quoq; mentes aduentent. Alterum nostrum inventum  
longe est isto pulchius, et quod ad maximam Europa par-  
tem spectat, Patriam nostram Hungariam misce attinet,  
tanta magnitudinis existimamus, ut inventionem aucti-  
limus Celatam, et nemini ante, quam ipsi potentissimo Dani-  
azum Regi Oretanus velimus comunicatam, de qua quidem  
de gaudiis nobis est sermo: est autem frequentissimus: liquido  
semper gaudio exultamus beneficentes Deum, qui expedi-  
tioni Sui Causa suscepta tam prosperos successus largitur, et  
nos in vastissimi sui aedificij quod moliri videtur, fundamen-  
ta primos injecsit. Oretis Deum, ut omnia potest fiant  
ad laudem, et gloriam nominis illius, et exaltationem  
Sanctae Matris Ecclesiae. Si Tyenaria adhucum ver-  
saris, R. P. Rectorum meo nomine leverearis, oro item R. P.  
P. Muska, Csajody, Henyeres, Vcis, Firer, Szentivanyi,  
Hessing, Gulik, Ceterosq; omnes. P. Kappiani seruo me  
factum solatum, sed P. Faludy longi amplissimum, si  
felicitas leverus fuero. Rogo praeseca, ut has litteras meas  
ubi licenter, cum meo Dno fratre communicatas velis. Tuas  
litteras diebus Augusti mensis scriptas in Martio nobis  
posta attulit cum plurimis aliis Viennensibus, Parisinis, Haf-  
niensibus. Magno nobis solatio fuit, quod in Patris Heller  
Confessarii Cesarei litteris legerimus magnum Casaris cunctu-  
gustissima Theresiae solicitudinem de prosperitate R. P.  
Hell, et speciale Augustosum desiderium frequentissimas  
de Hellio suo Relationes audiendi. Eadem posta Romanas  
reddidit a generale nostro litteras, tam pulchre, tam pater-  
ne, tam solatiode scriptas, ut nihil supra. Ego in iisdem di-  
spositionem meam et officium his conceptum verbis legi. Seruo  
P. socium vestra Reverentia solatio, et ubi operam ab eo  
aliquam requiris adjumento quoq; futurum, quoq; suo tem-  
pore, quando plus otij nacta ad me prescripscerit, magno  
Cum gudio inter alia intelligam: erit sane gravis ipsius  
epistola mihi multo acceptissima. Supradicta, ut gratias pro

notitia ad me data actis R<sup>ia</sup> V<sup>o</sup> ac P. Socio favores Caley  
sus, et faustissima quoq<sup>ue</sup> apparet.

Cooperatum sic fuit inscriptum: Monsieur, Monsieur  
Maximilien Hell, Petre Catholique, et Astronome Impéiale  
Royale.

a

Värthousc  
en Norvege.

Atque hæc sunt, quæ scribenda occurserant. Dabie Deus  
ut plura olim sensu narrare possim. Vale cum omnibus  
tuis, et nostri Constantes ad aras memento, quod ipsum om-  
nes eos rogatos volo, qui has litteras legere dignabuntur.  
Scriptas in Värdöe ultimo Europa fine die 5<sup>a</sup> Aprilis  
seu festo Sti Vincentij A. 1769. vivant qui hodie ono-  
masticum agunt.

Tuus in Christo  
Ioannes Sajnovius.

R. P. Hell te valde osat, ut sibi 4. vel 6. libras bona  
flave Tabaca prouide, easq<sup>ue</sup> Posonijs afferari facias, ut  
cedux eam habere possit; referet tibi qualemque voluntatis  
gratiam.

R<sup>nde</sup> in Christo Pater!

Te Deum Laudamus! sincerissimo affectu una no-  
9. biscum ut deprimatis, te ceterosq<sup>ue</sup> R. Patres per humani-  
ter invito. Blacnit enim Clementissimo nūnini expeditione  
nostram benedicere, et observationem per Solem transuen-  
tis Veneris plenam, atq<sup>ue</sup> omni ex parte perfectam in-  
dulgere. Impleta suno jam poloniissimi Danie Regis  
vota, impleta totius Regni desideria, satisfactum est expecta-  
tioni eruditii orbis! quis dilecta Matri nostra Societati  
honor inde accedat hoc pectus calamitoto tempore vos ipsi  
videtis. Proh! quam amaris instigationibus vexata et pro-  
scissa fuisset iterum a malevolis, si tanta Oppositiō a cali Rege  
viro de Societate nostra oblato tam inviolati, non fuisset a se-  
cunda primarium finem! haec dum animo lepido p<sup>re</sup>ce gau-  
lio mihi lachrima fluunt, facileq<sup>ue</sup> intelligo hanc singularem  
Numinis benevolentiam vestris precibus, et sacrificiis, quo  
illi hunc in finem obtulisti, deberi. Ogit ergo amplissimas  
Deo ter optimo gratias, quod supplicantium voca benigne  
exaudire dignatus sit, eoz amplioris, quo certius est be-

2  
C  
beneficium istud non ordinarium, ex vulgare, sed singulare  
prosperus et cum manifesto miraculo fuisse conjunctum. Et  
die 27<sup>a</sup> Maii usq; ad 2. Junij solem non vidimus ob per-  
petuas nubes, hae die postquam correspondentes ejusdem  
altitudines acceptimus, iterum nubes ingressus dissipavit.  
Circa qm<sup>m</sup> vespertinam stabamus ad tubos Ego, R. P. Hell  
et studiosis Nidrosiensis spem inter et metum distolantes,  
si forte paululum emergente sole ingredientem Venerem  
observare liceret. Paulò post apertura in nubibus facta,  
et solem quasi per fenestram conspectimus, et ita cum con-  
tactum ingredientis venes is eleganter vidimus. Non dum  
5. minuta effluerant, cum iterum densis nubibus involutus  
sol non amplius integer prodit, euntem comitabantur  
aera nubej per horas omnino 5. destinaciter; de egressu vi-  
dendo plane fuit concilatum. Stabant hospites nostri  
iuxta nobiscum tristes, et maesto obtutu, altoq; silencio  
dolorum et commiserationem loquebantur. Nobis quid animi  
fuerit? facilius est conjectare, quam scribere. Spec unica  
in Deo, et quidem si voluerit, miraculose succursuro. Interim  
tempus iminebat, quo Venerem egredi oportet, cum Radu  
solis oppositam sibi densissimam nubem dissolvere sensim  
et tandem plene dissecere coperire. Et apparuit luce plena  
sol, et uterq; Veneris ex eundem contactus ad amissim obser-  
vatus est, quanto cum gaudio? quantis divina clementia  
laudibus, non possum dicere. Hospites nostri, quibus mira-  
culi non inusitatum, et fortasse ridiculum est, uno tamen  
ose factabantur non humanis aut naturalibus causis, sed sin-  
gulari prosperis, et incredibili luminis favore esse referen-  
dum, quod haec coeli facies ita apte, atq; congrue mutabatur.  
Ego miraculi magnitudinem, dum vixero, gratias venerabor.  
Ibac dein per sursum am Coeli Regionem sol; accusatissime  
Ecclipsis ejus observata est idem in linea meridiana acce-  
ptus. Post prandium munificissimo Coelo correspondentes  
altitudines iterum accepta, quarum ultimam dum adseri-  
bo, eodem momento turbo e Septentrione oritus, terri-  
mis nubibus calum, terras, et maria involvens, nec solem  
ab illo tempore videse licuit, licet jam dies 6<sup>a</sup> Junij agatu-  
quam sortem Astronomi nobis vicini habuerint, ignoramus.  
Duo mense Aperte ex Anglia ad venerunt ad Cap Nord  
observatoria sua figentes, alia navis Anglicarum alterum  
Astronomum Speczbergam duxerunt. Dell ipsius sit pro-  
pitius in furioso hoc pelago, et iniquissima tempestate hijs  
Climatis! Plura scribere non possum propterante bajulo,  
quem R. P. Hell Hafniam expedit, ut sua Matxi Regia  
de felici observationis termino nuntium latissimam ferat.  
Nos Deo dante circa 22. hijs hinc movece cogitamus.

Dabit idem, ut vobis Dronchamio scribere brevi possum. Va,  
lere intesim omnes et singuli, et nostri in vestris sacrificiis  
porro memento.

Vardoe in fine Europa die  
qua Junij 1469.

Meos ut de Lato hoc nuncio certiores reddas, ord.

Tuis in Christo  
Ioannes Sajnovius

Prinde in Christo P. Regens.

Benedictus Deus, qui nos in portum Nidrosiensem  
seu Trondheimensem die 30. Aug<sup>usti</sup> feliciter deduxit!  
quantis periculis expositi fuerimus in maximo 220. mil.  
liarum itinere, illi solum perspiciunt, qui inexplicabilem  
oceani glacialis labiem, et multorum naufragiorum infamiam  
Saxa, Syces, Scopulorum propriam noverunt experientia.  
Istis itaq<sup>ue</sup> referentis supersedeo, qua licet: vereor enim ut  
fidem verissima scribenti habeatis, qui procul a pelago  
in Continenti firmissima degentes, irati magis fluctus, et fu-  
rentium ventorum impetus serena fronte secuti despicunt.  
Breviter duntaxat itineris nostri rationem tibi perscribo,  
ut isti, qui de Lebus nostris Seire aliquid cupiunt, satisfacere  
possit.

Navigium nostrum majus, quod propter lasso occubri mon-  
se a tempore seale pessima gravissime minatum fuit, n<sup>on</sup> ante  
22. Junij erat preparatum. Minus autem navigium, nempe  
Nidrosiensis Episcopi: quod iussu statu Danica pro nobis seve-  
hendis Vardochusium expertum fuisse novimus, nondum ade-  
nerat, et fenstra ad 27. Junij ostolabamus. Ego favente hac  
die vento conversatis Lebus omnibus majis illud navigium re-  
paratum Concedimus, insula Vardoe ejusq<sup>ue</sup> incolis super-  
num valere jupis, qui licet gratulentur Redemptioni nostra  
sua tamen causa non meritoriter dolebant abitum nostrum  
maxime; quod ipsis non licet locum omnium locorum  
pessimum una nabiscum deserere, quando nemo unius ibi  
existit, qui non sexcenties in dies singulos intriraret: Gott  
In G<sup>r</sup>en mir hov Rypm Vallw. Affnos Confecit 4. millia-  
ribus ventus deseruit adeo, ut noctu, et die inseguente, ac  
altera nocte non solum nihil progredieremur, sed insuper  
a vi afflictiv<sup>er</sup> maximi aestus ad duorum milliarum  
distantiam retro ageremus. Ego ne usq<sup>ue</sup> Vardochusium  
rediremus die 29<sup>th</sup> Junij matutinis horis Haffnibergensem

2

portum intrare Coacte fuimus infidum plane, nobisq; detes.  
tandum, utprote qui nobis superiore anno die 11<sup>a</sup> octobris  
psene exitio fuit. Baulo post ventus posens, sed nobis con-  
trarius exortus totò triduo nos morabatur. Eodem vento  
navis Episcopalis recte usq; Hellvig quod infra Cap. Nord  
situm habetur, advenerat, navigium nostrum in portu  
observans ad nos appulit. Erat hæc instructa & velis, item  
demis octodecim, ut nemye Cessante vento a demigibus pro-  
pelli possit. Cubiculo quoq; perelegante sed angusto, et du-  
orum lecticorum via Capap, cum alias unius Episcopi  
usibus, dum Diacesim visitat, describere soleat. Aberat  
quoq; fornax, quam Dñs Horrebou germanus Astrono-  
mi Haffnensis e cubili ejecerat, spatijs layandi canta.  
Sciendum enim, quod dicens Horrebou ab Anla Haffnien-  
si in Insulam Norvegia Tromsœ compellatum, sit  
missus cum duobus aliis ad observandam venarem, et  
haec eadem Episcopali navi sit usus Trondheimiō usque  
in Dūnōen; neq; enim Tromsœ attingere poterat. Inde  
statim nautæ prout mandatum habebant, Wardicam  
pro nobis contendentes. Negre tamen hanc navim Con-  
scendimus in Haavinsberg. Sed majori navigio utentes  
sub meridiem diei 3<sup>a</sup> July ultra progredi vento favente  
cessimus, inseguente nos ubiq; Episcopali Scapha. Tota  
nocte vela facientes non ante meridiem inseguenter. Si  
Nordkin seu Hinroth attigimus, hic nos iterum ventus  
in alto mari fluctuantes deseruit. Baulo post exortu ne-  
bulæ cum pluvia omnem telluris Conspectum eripuebat,  
et licet post horas aliquot Serenitas redierit, tamen pro-  
gredi non poteramus, nullo scilicet vento aspirante; ergo  
tota nocte, et inseguente die 5<sup>a</sup> July cestui, maris Indubio  
fuimus; quantum enim nos affluxus promoverat, tantum  
dein iterum Defluxus detulit. Molestissimum erat, quod  
nebulæ impeditent, ne nautæ littora distinguerent; unde fa-  
ctum, ut dum sub vesperum ventulus aspiraret, Navarchus  
existimans se infra locum Hellvig jam existere, sursum  
Dorcam versus reverit navim, Sed vento iterum Cessante,  
et cestu maris nos a littore removente, sumis viribus re-  
migandum, ut lata attingere liceret. ast ubi propius  
ventum agnoscie Navarchus locum non esse, quem praetex-  
bat, totusq; Conseruatus facebat ignorare se ubinam  
esse! habebamus omnes attoniti, et quid nocte concubia,  
celo nebulis involuto agendum sic, Consultabamus. Cum ecce  
Deus nostri misericors naviculam in Conspectum dedit quam

2  
Biscatores Russi insederant: hi interrogati edocuerunt nos longè supra Hellvig. paulo infra Nord Cap nos existere; cognito errore vestimus navim in contraria, sed vane nullo essestee mutatus refluxus maris in affluxum, ingenti im- petu nos in Saxon illa deportabat, a quibus antea pertinaci- ter removebat: manifestum, si unquam alias, discimen- stabat ob oculos, ne navis Saxis istis alisa in frusta abea- pereamur omnes. Periculum hoc nautas omnes ad Remos Compulit, Ceterosq qui in navi extiterant, R. I. Hell ipse remum ad clavum Corripuit, ut vel sic fluxui, quem dixi, et qui nos ad Saxon deportabat, resistendo effemus. Ath: qua- ta miseria est in mari sine vento existere. Dum ita an- gimus, ecce tibi ad pacem Orientalem ad  $\frac{1}{4}$  fere millia, ris Issantiam navim Amy diffimam. Fregat vocans Con- specimus; agnovimus illico Anglicam esse, ex que observatores et Anglos in patriam reverheret. Veniente dein orientali vento, velis jam usi eandem Fregattam propius accessimus summa op- tantes, ut cum c Anglis observatoribus colloqui licet. Sed iterum ingentes nebulae et tam dense exorta, ut mutuum conspectum nobis et illis penitus eripuerint, intra quas nebulae Angli ad Cap Nord avolarunt, nos autem versus Hellvig. unde cta- gli venerant, descendimus, id hora 17<sup>a</sup> die 2<sup>a</sup> Julij attigi- mus. Erat Fregatta hac ampla et elegans, Malos detulit tres, tormenta vero 36, nautas 180. prater 24. officiales An- glos, Cadet Compellant, et duos observatores itidem Anglos Dnum nempe Dixon, et D. Bella. Moverant hi ex Anglia mense Aprili, et 11. die Junii Spatio Cap Nord tenuerunt. Unus eorum in Hellvig duobus milliaribus infra Cap Nord sicut in altissimis Iupibus domum sibi, et observatorium ex Anglia allatum erexit, alter cum navi magis versus Austrum descendit, et in loco Hamerfest nominato itidem observatorium suum constituit: Sed ut dein inelleximus, neuter venerem vidit ob imanes nebulae, que die 3 et 4<sup>a</sup> Junij coelum his in partibus involverant. Compagnie lec- te digni, quod post exangatas tam molesta peregrinati- onis, et habitationis miseras votis suis frandati sint, ut taeciam imanes sumptus, qui ad expediendam cum tantis hominibus navim necessaria fieri debuerunt. Rodo Patri Hell amplus doluisse, quod ipsis colloqui non potuerit, nisi dispositionem divinam omnia recte ordinantem fuisset reveritus: unde etiam errorem Navarchi nostri divine voluncaeti adscribit colloquium hunc impudice volen- tes. Si enim vel 12. horis prius Hellvigum attigissent,

2  
Anglos adhuc ibi deprehendemus. — hac de Anglis. —  
Iggressionis instar, nunc ad nostra.

H. elvigi existentibus nobis, turbo ingens, et vehementissimus cepit,  
qui ex Sud West totos h. dies sine intermissione noctu diuq fure-  
bat. Nos ut ut alias in portu essemus, in navi nostra remanere,  
et noxces agere soliti sumus, nunc tamen littus petere, ibidemq  
dormire oportuit, adeo male exagitabatur navigium nostrum  
etiam in portu. Eros intra dies cum Nautis nostris historia  
gratiam inteccepit, quam non libenter litteris Comitto. Exitus  
iste: R. B. Hell omnia sua impudentia ad navim Episcopalem  
transferringi fecit ipse in posterum una mecum in haie ve-  
henders. In expectata omnibus, et re ipsa grandis resolutionis si-  
gnatum circumstantia viarum deinceps facienda cum consideratur.  
Sed Deus huius etiam resolutionis clementer benedixit,  
statim enim altero die nempe die 18a. Iuli serenissimum coe-  
lum cum favorabili vento nos ex hoc h. dierum carcere libe-  
ravit. Et ora enim 5<sup>ta</sup> matutina consensa Episcopali navi  
vela fecimus; alterum vero navigium utpote abandonatum jam  
hora 3<sup>ra</sup> discesserat. Sub meridem ventus in contraria versus  
nos coegerit anchoram jaccere in vicinum littus, nec adeo desupgran-  
tes, cum aliquo in prandii cogendi causa littus est petendum.  
Hic enim vero Coetus nostres caput fricare cepit, namq provi-  
sionem nostram cibarium cum omnibus instrumentis culina-  
riis in majori illo navigio, quod duabus horis nos precesserat,  
ex obliuione plusquam culpabili reliquit. Carnes, farinam,  
butyrum, panem &c. Cacabos, patinas, orbis ex totum hoc  
majus navigium secum abstulit. Itaq insculum e chocholada  
paratum ex cacabo sine orbibus ex sumptuoso panem a nau-  
tis nostris mutuantes. In erea idem ventus, qui nos semane-  
re, navigio — quo illud majus viam jam perfectam relegere,  
et ad nos tandem accedere coegit. Coetus res tuas illico omnes  
inde asportavit, et tandem canam paravit, quam inter saxa  
sub diu ventis et culicibus expositi lati tamen absuntim.  
Dies 19<sup>us</sup> 20. Tae boni fuissent, si ventus aspirasset, sed maris  
malacia fere continua fecit, ut constanter fere demis uteremur,  
septem nostris nautis ad fatigationem usq lenigantibus. Tan-  
dem ad Hamerfest percurrentum. Hic Dunn stagemp Fin-  
marchia Limblumna seu prefectum supremum deprehendemus,  
qui cum aliis officialibus Regis hoc tempore Finnmarkie  
pro officijs sui latione visicabat. Volebat ille quidem tempore  
observationis apud nos in Vardoe existere, sed contraria ven-  
tis usus biduo integro sciens advenerat in Vardoe, et visita-  
tit deinceps alios locis una nobiscum ex Vardoensi insula discesserat,

et licet Helvigi icorum nobiscum convenerit, tamen aene nos  
 Et amersfest p̄sorveniat. Is post biduum navim nosram con-  
 scendit, atq; in Residentiam suam Talvig nominatam deduxit,  
 et locum ea verso amenum, et quem inter Finmarchia rupes  
 nemo quereret. Hic a Bzaposito, aliisq; Oficialibus totu; qua-  
 tridu; p̄sergav; lante et honorifice habeti sumus. --  
 Residuos mensis Iulij dies et totum Augustum deficiente  
 Charta in Compendium Contraham et in genere hæc solum ha-  
 be. Tempestate utebamus plerumq; serena, pluvia solum bis  
 vel ter. Subeunda fuit, eaq; exigua. Ventus plerumq; faver-  
 tissimus. Iter ita institutum, ut noctem plerumq; apud Sa-  
 rochum aut Mercatorem quenq; in littore exegimus.  
 Brandia itidem in domibus, raro sub Dio. ubi quidem semper  
 melius sappiebant. / sumpta. Donec hæc pararet Coen nos res  
 interim R. B. Hell obsevationes instituebat ad Poli eleva-  
 tionem, et declinationem aëris magnetica determinandam  
 necessarias, eratq; tam felix, ut ultra 24. loca Astronomicæ  
 determinata habeat. Quod quidem ad exactam Finmarchi  
 et Norvegia mapam edondam plurimum conferit, que a  
 tot jam annis fenstra desiderata fuit. Apparata enim,  
 quæ Ari incisa prostant, falsissima sunt, quæ autem in Ch-  
 chiro habetur, et R. B. Hell comunicata est, circulis la-  
 tituriniis, et longiorib; locorum prorsus caset. Cestè  
 vel solo hoc aulam Danicam sibi multum obstrictam  
 habebit. Animadversiones ejusdem R. B. Hell, quas  
 circa Declinationes aëris magnetica fecit, itidem Tinga-  
 lares Dñi Philosophis atioq; in hac in materia nō omnia  
 cernentibus, multum luminis adferunt, sed etiam in obser-  
 vando laboris. Sæpe etiam occasio fuit jucundi laboris  
 circa decrescentiam maris. Mensurabamus enim p̄terita  
 rum ab ipso in hunc usum comodissime instructarum, quæ  
 quidem materia quantarum consequentiarum si, jam alias  
 me scriptissime memini. Negre obliuisci debeo, quod concharum  
 Cancerorum, herbarum marinarum, et etiam terrestrium  
 insignem Copiam legerimus in insula Dñien multis tenu-  
 lis omnium opima, vidimus, stationem Dñi Storbow, de  
 quo supra mentionem feceram, hic in Colle Exco tenuori-  
 um suum, et venerem speculari parabat, sed inclemens  
 Coeli nec ingressus, nec egressus ē sole iussi videndum induxit.  
 Huc quoq; Trondheimum quidam venerat, nempe Dominus  
 Krapenstein, atq; complures alij se se ad observationem com-  
 pararunt, sed omnes hi Coeli constantes pluente nihil vi-  
 derunt, idem dicitur de iis, qui in lappia Russica obser-  
 vase debuerint; idem de Haffniensibus consat. Omiram

Dei providentiam, qui tot observationibus neglectis uni  
stellio nostro favere dignabatur, quanto plus, et totius  
urbis gratulatione exgesus sit hic Trondhemicus non pos-  
sum ullis verbis exprimere. Hoc die 30. Augusti in  
Conspectum Arcis Munkholm prope urbem in mari si-  
ta venientes mortaria nostra exoneravimus, illico ex arcis  
tribus tormentariis ietibus salutati sumus, velut signo da-  
to urbis se ad portum egreditur, et ingenti cum solatio exsan-  
dentes exceptit. Comendans Scandia proiectus in alcum  
de felici in nostra navi adventu gratulabatus. Et quia in  
ultra Occiduum hic Comorari est animus, jam nunc des  
singuli pro prandio apud diversos Constituti. Similiter ter-  
tius apud Excentrum Gjett-Elm stum, heri apud Oppen  
transi inexsticibili solatio excepti sumus. Consul Urbis,  
qui Academia hujus est Secretarius, diploma porrectit  
R. B. Hell, in quo membrum Academia declaratus sub  
dato 29. Januarii huius anni. Idem versus latinos elegan-  
tes eidem porrectit; post oras et academicum conseptum cele-  
brabunt. Postea eodem R. B. Hell, quae Ceremonia ob-  
servanda sint, nondum novi. Plura scribere non possum,  
sed precor, ut valeas, et ad me frequentius sribas, rogo,  
duas solum a te litteras accepi, cum ego jam octavas ni-  
fallor sribam; hoc non est justum, postertum cum hyemem  
Hafnia exigere meditemur. Saluta et. R. B. omnes,  
et singulos, precipue R. B. Prilecky. vive, vale R. P.  
Regens

Trondhemicus sen. Nidrosia  
die 2. Septembris 1769.

Tunc in Christo  
Ioannes Lajovic

Reverende in X<sup>o</sup> S. Regens!

Cansam longioris silencij mei sustulerunt litterae tuae, in  
quibus statum Universitatis Tyrnaviensis, et multa pte-  
rea alia libentissime legi, Postrem autem te, tuosq; valere.  
Idem de nobis Dei beneficio scribere possum, quamquam  
enim Tempesetas aeris hic sit perquam lunida, valens  
samen adhuc admodum bene in domo, quam alias legitur  
Casarens incolare solet, sed qua nunc ob ejus absentiam  
vacua est, et solos nos incolas habet. Grandia, et cana

2

a Tractero nobis submittuntur, quodcives non ab aliquo etula  
Ministro Excellentissimo, aut ab aliis secundae nobilitatis  
viris invitamus, quod quidem evenit valde frequenter. Ce-  
teras dici, noctisq; horas strenue laborando insumimus.  
Stacim enim ab adventu nostro, qui fuit 18. octobris, per  
actis prima salutationis Officiis, R. B. Hell observationem  
veneris Wardoehusij factam cum omnibus ad eam per-  
tinentibus revocare cepit ad Calculos. Dissertationem  
dein suam 24. Novembris prelegere cepit Regiae Scientia-  
rum Societati. Cuius membrum Creatus fuerat: ex ad ter-  
nas vices in tribus nempe Consessibus terminavit. Illuc  
manuscriptum Typographo Comissum, ut Typis expreme-  
retur. Hupus admodum Typographus opus absolvit in  
quarto. Philippi N. Constan. Iteri Exemplar unum R.  
B. Hell Majestati sua Regia presentavit, alterum Prin-  
cipi Friderico Regis fratri. Incredibili prossus bene-  
volentia excepti sumus! Sermonem summ et questiones  
eruditas ad spatum temporis tē hora Clementissimus  
Rex prostraverat. Hellianos labores omnes, et inde mana-  
turas uilicutes maxima penitus sibi perspecta esse lu-  
culentas demonstravit, desiderius suis abundantes sati-  
factam, benignissime profiteri dignabatur. In eodem  
autem opere continentur Th. Capita Summaria, seu Tituli,  
verum et novarum inventionum ad observationem tran-  
situs Veneris non pertinentium, et in opere expeditionis  
litteraria: quod Vienna edendum sibi R. B. Hell pro-  
ponit. Fuisse per traccandarum. Qui quidem Tienti in-  
gentem apud hujes eruditos expectationem concitauit,  
liquidem ossendunt nos Wardoehusianam Comorationem  
negotio, neg Somno transegisse, sed in emolumentum Rei  
litterariae cum praeclaro successu seruenni impendisse.  
Exemplar unum R. B. Hell B. Vis transmittit, grande  
illud accepturus sic, ignoro. Illud certum, observatores  
Anglos, qui in Americae Septentrionalis in Hunziberg  
observationis Causa navigarunt, eandem perfecte obtinuisse;  
Gallus quoq; Abbe de Chappo, qui cum Hispanis in Califor-  
niam iverat, voti sui Compos factus est. De Anglis, qui  
ad Polum Australem profecti sunt, nondum scimus; inte-  
rea vel ex his observationibus magnum illud Problemata  
de Paralaxi Solis jam definiri potest. Modo R. B. Hell  
Theoriam suam novam de Causa lucis Borealis conscribit,  
eamq; propinè Regiae Scientiarum Societati pralegere

2

incisus. Ego quoq; interea Dissertationem Composui, et  
eidem Scientiarum Societati ad ternas vices cum magna  
approbatione praesuli, nam me quoq; inter sua membra adopta-  
vit. De qua materia hæc mea Dissertatio agat: vix ante  
meum seditum sciebat; titulum tamen aliqua sui parte  
adscibam: nempe iste est. Joannis Sajnovics S. J.  
Ungari Tordachiensis ē Comitatu Alba Regalensi Dip-  
tatio S. T. U. &c. Illustrissima Regia Scientiarum  
Societati dicata. Proxime laborem agrediemus Con-  
structionis mappa geographica super tota Finnarchia,  
et aliqua Norvegia parte, et observationibus astronomiis  
et magneticiis per iter a nobis institutis, labor hic eo ma-  
joris est momenti, quod nulla adhuc bona mappa harum  
~~litterarum~~ epistat. Supradum Universitas Diem  
natalem Regiae sua Majestatis Celebraret, D. Horrebou  
Astronomus orationem publicam dixit, in qua Ratum  
P. Hell cum peculiari Encyclo, et laniibus distincte  
nominavit, neq; mei oblitus. Si quid post hac evenerit,  
scitu dignum, perscribere non omittam. Nos sub finem  
Aprilis, aut medium May hinc moveare cogitamus, et  
omissis per Galliam atq; Angliam proficiendi consilio  
recta in Patriam tendamus. Haffniae 10. Febr. 1770.



# Titulus Operis Helliani.



Observatio transitus Veneris ante discum solis die 3<sup>o</sup> Junij An. 1769.  
Wardoehusij auspiciis Potentissimi, ac Clementissimi Regis Danie et  
Norvegia Christiani VII. facta, et Societati Regia Scientiarum Hafni,  
ensi protecta a R. P. Maximil. Hell i. S. P. Astronomo Cesareo. Re-  
gio Universitatis Vindobonensis, Societ. Reg. Scientiarum Hafniensis  
et Midzorgiensis Membro, atq; etead: Reg. Scient. Parisina Membro  
Correspondente.

Premissa ad Regem dedicatione Operis sui Astronomis sequentia in Opere  
suo litteraria expeditionis subinde post Laritum suum Viennam edendo  
pertractatum se pollicetua: ea ad litteram sic exscribo.

I. Theoria nova lucis Borealis.

II. Theoria et Causa vera lucis maris Septentrionalis, quam nomine patrio Nor-  
vegio Olorild dicunt.

III. Tentamen novum in figuram Telluris, Comprehensionis ad polos quantitatem, sive  
rationem Diametri Equiroridis ad axem barometricarum observationum ope  
definiendi.

IV. De incremento terrarum, Insularum borealium, sive de decrescentia maris  
septentrionalis observationes, et dimensiones geometricas, atq; de necessariis  
stupore hujus phoenomeni Consectariis.

V. Irrantitas refractionis aeris sub lat. 70° per observationes Astronomicas de-  
finita.

VI. Phænomena Singulare variationis diurna, imo horaria declinationis aens  
magneticæ sub eadem lat. 70° diurnis, nocturnis observationibus collecta  
ad perficiendam magnetis Theoriam, et astem nauticam utilia.

VII. Observationes Astronomicæ multarum latitudinum locorum Finnmarchia,  
Nordlandie, Norvegia, et Svecia Corrigendis, Conficiendis harum Regionum  
Mappis geographicis deservientes.

VIII. Observationes declinationum aens magneticæ sub variis meridianis, et lati-  
tudinibus per iter Arcticum a me instituta, Theoria declinationum aens  
aut Confirmanda, aut Lectius Constituenda non inutiles.


IX. Dimensiones ope barometri institutas montium ad Nord Cap, aliarum  
celebrum Norvegia alpium, item declinationum fluvij Laangen. Et  
Norvegiam intercurrentis.

X. Dimensione geometrica celebris insula Wæsdoe

XI. Observaciones barometrica, et thermometrica tam per iter, quam War.  
dochursij per annum fere integrum, itemq; ventorum, aliarumq; Coeli  
tempestatum Continua serie adnotata.

XII. Originis denig; nationis Lapponicae per Septentrionem diffusa, ejusq;  
idiomatis, et variarum dialectorum Itinervisitio; nec ea neglegenda  
fuere. Subiungit Author, quæ ad historiam naturalem Regni anima-  
lis, et vegetabilis, Cum primis Conchiliorum, herbarum, Algarum, et  
fucorum aut illustrandam, aut angendam pertinent; Ceteras obser-  
vationes Usibus economicis pergratim utiles. Verum his omnibus, ut  
ait, in Præsens Descripto, utpote ad materiam transitus Veneris  
minime pertinentibus; Opus deliquum in sequentia quasi Casica  
dispescit. Pmo exponit Examen Quadrantis Hafniensis, ipsoq; erro-  
res defert, qui subinde in Observationibus usus esto. Deinde agit de  
Latitude seu elevatione poli Wardochnsiani, quam definit  $70^{\circ} 22'$   
 $36\frac{1}{2}$ '. Tum de longitudine, sive meridiani Wardochnsiani Differentia,  
quam ab inf. Ferri ponit  $48^{\circ}, 40^{\circ}, 15^{\circ}$ . Post hoc de ipso transitu Vene-  
ris, et hinc Spectantibus, uti de modo observandi Contactus Opticos  
in transitu Veneris ante Discum Solis; Defert etiam Observationes  
factas Hierum 2. 3. 4. Junij ad statum horologiorum pertinentes.  
Demum sequitur observatio Ecclesiæ Solis die 3. Junij Coelo sereno  
et quieto; in fine annexa habetur projectio optica Transitus Veneris  
ante Discum Solis observati

Totum Opus Continet pag. 82. in  $4\frac{1}{2}$  m. decem Phylizatum scil:  
et quod exurrit. Characteres magnitud: mediae.



2

Var.  
Coeli

inst  
ecoa  
animal  
m, et  
obser,  
bns, ut  
exist  
sita  
perro,  
it de  
0<sup>e</sup> 22,  
entia,  
in Vene,  
sticos  
ones  
ntes.  
reno  
exist

Scil:

IV

V

VI

XI

X

ius 26 an

3

2

2

5

3

2

2

3

2

2

3

5

SĀJNOVICS JĀNOS  
LIEVELIĒZĒSE

VÉGÉ